834

dicitur. Sic [illegible]
per discipulum post
resurrectionem suam
dubitare permisit
nec tamen in dubi
tatione deseruit.
sicut ante nativita
tem suam habere
mariam sponsam vo
luit. quae tamen ad
eius nuptias non
pervenit. Nam ita
factus est discipu
lus dubitans et pal
pans testis verae re
surrectionis. sicut
sponsus matris
fuerat custos in
tegerrimae virgi
III. nitatis. Palpa
vit autem et exclama
vit. Dominus meus et
deus meus. Dicit ei ihesus.
Quia vidisti me cre
didisti. Cum paulus
apostolus dicat.
Est autem fides spera
ndarum substantia
rerum argumentum
non apparentium.

Profecto liquet quia
fides illarum rerum
argumentum est quae
apparere non pos
sunt. Quae etenim
apparent. iam fidem
non habent. sed agni
tionem. Dum ergo
vidit thomas. dum
palpavit. cur ei
dicitur. Quia vi
disti me credidisti.
sed aliud vidit. ali
ud credidit. A mor
tali quippe homine
divinitas videri
non potuit. Hom
inem igitur vidit.
et deum confessus est
dicens. Dominus meus
et deus meus. Viden
do ergo credidit.
qui considerando
verum hominem hunc
deum quem videre non
poterat exclama
vit. Laetificat val IIII
de quod sequitur.
Beati qui non viderunt.
et crediderunt.